



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De Letanijs. Cap[itulum]. cxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse maij occurrētibus Folio. cxi.

missus est. Quē seuerus cesar eius predicatio ne cōperta in territorio niuariēsi. cōprehensum et spinoſis fustibus flagellatū: christum confitētem in carcerem trudi fecit. Dieq; sequenti factō de ligno durissimo ense ad formam gladij caput eius in modū crucis scindi precepit. Et sic eliso cerebro martyrium consumauit kalendas maij: vt dicit ado.

De sancto Sigismundo rege et martyre. Cap. cxij.



Sigismundus rex et

martyr filius genabaudi regis burgundie eius post mortem in regno successor fuit tempore anastasi imperatoris: vt ait sigibertus. Quia pueritia xpianissimus ecclesias et monasteria et sanctorum limina uisitabat. Ieiunijs quoq; et orationibus intentus assidue pauperibus yberes elemosinas impendebat. Assumpto ho regno cultum christi ampliare curabat: eo q; adhuc burgundien. gentilitati seruebant. Dumq; loca martyrum perlustraret venit ad ciuitatem sedunēsi. ad locum agaunēsi. ubi beatus mauritius cum sancta legione thebeorū passi sunt. Ibiq; diuinitus inspiratus orabat ad dñm: vt de consortio martyrum effici mereeretur. Angelus ho eidem tunc apparuit eumq; docuit: vt sicut audiret militie celestis alternatim psalentiū choros: sic in ecclesia psalmos decantari institueret. Sanctus ergo extrensis auribus choros angelicos canentes audiuit: et angelica mandata sicut audierat adimpleuit. Nā usq; ad illud tempus in ecclesijs gallie non alternatim: sed insimul ab omnibus psallebatur.

Cum igitur franci adhuc gentiles regnū burgundionū depopulassent: et multos ex suis adhuc paganos rex sibi aduersantes et gallias adherentes haberet: tonsa capitis coma et habitu religionis indutus ad locū predictorū agaunēsiū martyriū laenter aufugit. Quo franci cum burgundionibus proditoribus peruenerunt. Tunc burgundien. regem cognitum et vincrum francis tradiderūt: vna cū coniuge et duob; filijs sigiberto et gunterano. Quos illi ad locum qui dicitur belfa deducentes in puteo antiquo capitibus deorsum piccerunt: rursq; martyrio ad dñm migrauerūt. kalen. maij. Quorum corpora a limo contacta ibidem triennio iacuerūt. Sed cum septies noctu a multis uiris sanctis supra locū ipm accense lampades viderent: expletis tribus annis abbas ipius loci ab angelo monitus corpora sanctorū de puteo leuata in ecclesia sancti iohannis euangeliste tumulauit ubi eorū meritis multa miracula fiunt. Hoc autē specialē priuilegio sanctus iste martyr effulget q; a febricitantibus inuocatus cuiuscumq; generis febrem expellit. Hec sigibertus.

De sancto Amatoꝝ episcopo. Cap. cxliij.



Amatoꝝ episcopus

antiodorensis. in annis iuuenilibus litteris eruditus deo tā deuotissimus a parentib; insignib; coactus uirginem desponsauit. Quam tamen vt uirginitatē profiteretur induxit: et ipse similit se voto cōstrinxit. Cum autem uterq; votum emisisset: angelus domini eiusdē astitit: duas coronas sibi afferēs: et singulas singulis imponens: eos in sancto proposito cōsorcium ruit. Puella igitur monasterium uirginum ingressa est. Amatoꝝ ho clericus factus post mortem eladij antiodorensis. episcopi eodem in pontificatu surrogat. Qui pluribus miraculis effulsit. Inter que dum paruam haberet ecclesiā que populū omīno capere non valebat: rogauit obitus ciuem quendam reptilium nomine: vt domum suam templo dei contiguam concederet ad ecclesiam ampliandam. Quod ille facere denegans grauiter infirmat. Sed sancto postulara concedens continuo liberat. Sanctus ergo episcopus domū ecclesie adiciens eandē in honorem prothomartyris stephani fabricauit. In qua uerbus domini predicabat. Sed cū obitum suū imminere conspiceret ad ecclesiā perrexit: celebrataq; missa populo sermonē fecit: et in throno suo residens exspirauit. Lulus anima in columbe specie celus petere uisa fuit. Corpus quoq; eius in ipsa ecclesia tumulatum quiescit. Aqua ho qua corpus lotum fuerat: paralyticus curatus est. Quieuit in pace kalendas maij.

De Letanijs.

Cap. cxliij.



Letanie bis i

anno fiunt: scz in festo sancti marci: que dicitur letania maior: et tri duo ante ascensionem que dicitur minor. Et int̄pretatur letania supplicatio uel rogatio. Letania autē maior tripliciter nominat: scz letania maior: processio septiformis: et cruce nigre. Dicitur autē letania maior: ratione instituentis: quia a magno Gregorio papa uerbis instituta est. Ratione loci: quia Rome instituta est: que caput orbis est. Ratione cause: quia pro magno morbo et grauissimo qui rome uiguit: scilz pro epidemia inguinaria: que infinitum populū romanū extinxit: de quo dictum est supra in legenda gregori pape quarto idus martij. Dicitur etiaz processio septiformis: ex eo q; beatus Gregorius processiones suas per septem ordines disposuerat. In primo enim ordine erat clerus. In secūdo monachi religiosi. In tertio sanctimonialis. In q̄rto iuuant. In quinto laici. In sexto

Liber

to videtur continentes. In septimo confugate. Sed quod modo non potest in numero personarum: suppletur in numero letaniarum: quod septies dici debet. ¶ Dicuntur et cruce nigra: quasi in signum meroris et tanta strage hominum et in signum penitentie nigris vestibus induebatur: propter eandem etiam causam cruce et altaria cilicis velabant. ¶ Alia vero est letania minor: que fit tribus diebus ante ascensionem quam sanctus mamertus viennensis episcopus ante institutionem prece instituit. Et dicitur minor ad differentiam primae: quia instituta est a minore episcopo: in minori loco: et pro minori morbo. ¶ Causa autem huius institutionis fuit: quod tunc apud viennam crebris et validis terremotibus domus et ecclesie subuertebatur: nocturni sonitus et clamores audiebantur: et lupis etiam nimia feritate ipsas civitates intrantibus pueri et homines perfecti lacebantur. Predictus ergo episcopus triduanum ieiunium indixit: letanias instituit: et sic tribulatio coequieuit. Deinde ab ecclesia statutum est: ut hec letania universaliter conseruetur. ¶ Dicuntur etiam rogationes: quod tunc sanctorum suffragia imploremus. Et merito talis observantia his diebus observanda est multiplici ratione. Primo ut deus bella pacificet: que in vere frequentius concitatur. Secundo ut teneros adhuc fructus conseruando multiplicet. Tertio ut morus carnales qui hoc tempore magis viget in se unusquisque mortificet. Quarto ut ad receptionem spiritus sancti se quislibet magis habiliter. Quinto ut christo ascendere et dicente: petite et accipietis: quisque confidentius postulet. Sexto ut ecclesia se carne macerens per ieiunium et pluries amplificationes per orationem cum spiritu ascendente liberius et facilius euolet. De due vitine rationes sunt gullelmi antistitodoceni. ¶ In his ergo letaniis cruce deferunt: capane pulsan: vexilla portant: et omnes sanctorum patrocinia generaliter implorentur. Ideo autem cruce deferunt: et capanas pulsan: ut demones territi fugiant: vexilla regis eterni conspicientes: eiusque tubas excitatorias audientes. Vexilla deferimus ad representandam victoriam ascensionis christi: qui cum preda celos ascendit: unde vexillum per aerea incedens est christus ad celos ascendens: populi qui sequuntur: sunt sancti qui ab eo ad celestia subleuantur. ¶ Sanctorum autem omnium singulariter et generaliter suffragia imploremus. Primo propter nostram inopiam: quam habemus in mercedo: ut ubi nostra non suppetunt merita: patrocinentur aliena. Vel propter inopiam quam habemus in contemplantando: ut qui non possumus summam in se lucem aspicere salutem in sanctis aspiciamus. Vel propter inopiam quam habemus in amando: quod plerumque imperfecit homo magis afficit circa aliquem sanctum quam circa ipsum deum. ¶ Secundo propter sanctorum gloriam: ut dum per eorum suffragia quod petimus imploremus: ipsos magnificentius

Quartus

collaudemus. ¶ Tertio propter dei reuerentiam: ut peccator qui deum offendit quasi non audeat ipsum in personam propitiam adire: sed sanctorum possit patrocinia implozare. ¶ In his autem letaniis consuevit illud canticum angelicum frequentari. Sancte deus: sancte fortis: scire et immortalis miserere nobis. De quo refert Damascenus libro tertio: quod cum apud constantinopolim propter epidemiam letanie cum processione fierent. Puer de medio populi in celum raptus et istud beate trinitatis canticum ibidem edoctus rediens ad populum: illud frequentari docuit: et mox tribulatio cessauit. In calcidoneis quoque concilio fuit istud canticum approbatum.

¶ De sancto Athanasio episcopo et confessore. Cap. cxxv.



Athanasius

episcopus alexandrinus et doctor grecorum: de quo in libro

decimo ecclesiastice hystorie. et ab alijs pluribus multis scribitur tempore constantini et constantini eius filij arrianum claruit. Qui a puerilibus annis liberalibus disciplinis imbutus: et sacra philosophia eruditus: a sancto Alexandro episcopo glorioso sene clerici factus et presbyter ordinatus: in predicando verbum domini eidem coadiutor effectus est. Et inde vna secum niceno concilio interfuit: et arrium hereticum mirabiliter confutauit. Propter quod ab arrianis odio conceptus innumeras ab eisdem persecutiones perpassus est. Quibus suggerentibus concilio iterum apud laodiceam conuocato dum omnes sederet: et disputatio incepta esset: oratione tamen alexandri episcopi et athanasij presbyteri premissa arrius secreta nature compulsus expetijt: ubi intestinis omnibus in secessum fluctibus expirauit. Quo miraculo multi arrianorum ad fidem catholicam redeunt: ceteri vero in arbanasium amplius obstinati desunt. Cum autem post mortem alexandri eidem in pontificatu successisset fidem catholicam scriptis et sermonibus defensabat: et arrianam perfidiam impugnabat. ¶ Verus et arrianorum emulatione ac susurratione constantio imperator arriano exosus factus velut hostis imperij censebatur. Delatus aures augusto de adulterio violenter illato: et de dextera arsenio eius diacono precisa apud ryzum ciuitatem imperatoris iussu ad concilium euocatur. Ingressusque synodum mulier ipsum de adulterio falso accusabat: que et ipsum quem accusabat non cognoscebat. Et vero timotheus sub nomine athanasij se excusauit: mulier vero ipsum atha-